



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 41. Sententia suspensionis contra Joan. XXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

nem fuisse bonorum Ecclesiæ dilapidato- Sæcul. XV.  
rem, simoniacum, scandalosum, fideique A.C. 1415.  
perturbatorem, hinc ut talem ab admi-  
nistratiōne Ecclesiæ tam quoad spiritua-  
lia, quam temporalia suspensum, esse  
pronunciandum. Synodus requirenti-  
bus Promotore, & Nationum Deputatis,  
Joannem administratione bonorum Ec-  
clesiæ exutum declaravit, prohibuitque,  
ne ei deinceps obedientia præstetur, si-  
bique reservatam voluit ad plenam ejus  
exauctorationem procedendi facultatem.  
Hæc suspensionis sententia a Patriarcha  
Antiocheno lecta ab omnibus Concilij  
Patribus approbata fuit. Illius tenorem  
impræsentiarum exhibemus.

## §. XLI.

*Sententia suspensionis adversus  
Joannem XXIII.*

In Nomine S. & individuæ Trinitatis, Pa-  
tris, & Filii, & Spiritus Sancti. Quia  
nobis legitime constat, Joannem XXIII.  
Papam à tempore, quo fuit assumpsus ad  
Papatum usque nunc Papatum ipsum &  
politiam Ecclesiæ in scandalum notorium  
male administrasse, vitaque sua damnabili,  
ejusque nefandis moribus, populis exem-  
plum vitæ malæ præbuisse, & insuper Ec-  
clesias cathedrales, Monasteria, Prioratus  
conventuales, & cætera beneficia Ecclesia-

D 4                   flīca

**Secul. XV.**  
**A.C. 1415.**

stica pretio appretiato simoniace notorie distribuisse, bonaque & jura Romanæ Ecclesiæ, & aliarum Ecclesiarum dilapidasse, quodque charitable monitus a præmissis desistere noluit, sed continuo perseveravit Ecclesiam Dei notorie scandalizando. Ea propter per hanc nostram sententiam pronuntiamus, decernimus, ac declaramus dictum Dominum Joannem Papam ab omni administratione Papali, spirituali, & temporali, ex caussis præmissis fore suspendendum, & suspendimus, eique administracionem ipsam interdicimus, quocirca tenore præsentium districte inhibemus, ne quisunque cujuscunque status, conditionis, gradus seu dignitatis, etiamsi Regalis, Cardinalatus, Patriarchalis, Archiepiscopalis, Episcopalis seu alterius cujuscunque Ecclesiastice vel sæcularis existat, de cætero directe vel indirecte obediatur, decernentes contra facientes contrarium, tanquam contra fautores dicti schismatis & Joannis Papæ, ad pacas Juris & alias ... fore procedendum.

### §. XLII.

Error de Communione sub utraque specie a Jacobello in Bohemia divulgatus.

**Harpsfeld  
Hist. Wicel.**  
**lib. 14.**

In hac eadem Sessione, cum Episcopus Littomisliensis in Moravia doctrinam de Communione sub utraque specie Syndi